

## Band VII., Nr. 2344, Seite 244-245

*Egelolf von Steußlingen übergibt dem Kloster Salem zur Sühne für den demselben an seinem Besitz in Tiefenhülen und sonst auf der Alb zugefügten Schaden zwei Höfe in Steußlingen, Lehen von dem Grafen von Württemberg.*

Ehingen, 1273. Mai 8.

Omnibus hanc paginam inspecturis Egelolfus de Stiuzelingen<sup>1</sup> rei geste notitiam cum salute. Ne lites sopite per concordiam iterum recidunt, expedit dictam concordiam instrumento et testibus perhennari. Eapropter universis pateat per presentes, quod cum venerabiles in Christo abbas et conventus monasterii de Salem me in causam traxissent in foro ecclesiastico super eo, quod ipsis in possessionibus suis in Tiufenhulwe et aliis hincinde sitis in Alpi-bus in blado animalibus aliisque rebus mobilibus et etiam in hominibus dicto monasterio attinentibus contra iustitiam temere dampna inferebam estimata per homines fide dignos sub estimatione debita ad ducentas libras currentis monete, cum nichil iuris seu actionis quocumque modo vel titulo habuerim in dicto monasterio seu suis possessionibus ubicumque sitis seu hominibus sibi attinentibus, et propter hoc exigente maxima mea contumacia sententias excommunicationis et interdicti contra me uxorem meam familiam et colonos et ecclesias, quarum subditi fueram, ferri modo debito procurassent, ego reversus ad cor cum nichil excusationis habuerim, ne sub tali salutis et honoris dispendio periculose diutius laborarem, ad satisfaciendum saltim in aliquo super iniuriis maximis et gravi dampno dicto monasterio probis viris mediantibus festinavi. Verum quia condigne dicto monasterio satisfacere non valebam, curias meas, unam dictam Brunenhof et aliam dictam Rülershof<sup>a</sup>, sitas in Stiuzelingen, quas a nobili domino comite de Wirtenberch in feodo tenueram illucusque, qui resignatione facta dicti feodi per me ad manus suas ius proprietatis dictarum possessionum ac ipsas possessiones ad meam petitionem in dictum monasterium de Salem transtulit libere possidendas, cum omnibus intus et extra dictis possessionibus pertinentibus omnium quorum intererat voluntate prehabita et consensu predicto monasterio de Salem in tantillam reconpensationem dampnorum suorum per me et meos temere illatorum tradidi et donavi quiete ac pacifice perpetuo possidendas. Renuntians

<sup>a</sup>So ist unzweifelhaft zu lesen; die Württembergischen Vierteljahrshefte lesen wie der Codex Salemitanus *Buelershof*.

<sup>1</sup>Altsteußlingen oder Neusteußlingen.

## II

pro me et meis heredibus universis omni iuri actioni defensionis exceptioni omni subsidio ecclesiastico vel civili et omnibus aliis quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta satisfactio et dictarum possessionum traditio et donatio posset in posterum modo quolibet enervari. Obligans me et meos heredes fide data, prestito etiam super hoc corporali iuramento, dictum monasterium de Salem in suis possessionibus universis in Alpibus sitis et alibi nec non in suis hominibus per dampna rerum mobilium seu immobilium vel per quascumque exactiones per me vel meam familiam seu quoscumque alios michi attinentes exnunc in perpetuum nullatenus molestare ledere vel gravare in modico vel in magno. Quod si salutis et honoris mei inmemor aliquod dampnum in modico vel in magno dicto monasterio in rebus vel personis ubicumque locorum sitis per me vel per meos quocumque casu vel modo inferre de cetero attemptavero, ad solutionem ducentarum librarum supra taxatarum ego ero meique heredes dicto monasterio obligati, nichilominus conveniendus de periurio violato et compellendus, si rebellis, quod absit, fuero, dampnum, quod per me vel per quoscumque occasione mei quocumque tempore loco vel hora exnunc dictum monasterium sustinebit, cum omnibus per me vel per meos dampnis prelibato monasterio antea irrogatis refundere in solidum contradictione defensione seu exceptione qualibet non obstante. Acta sunt hec apud Ehingen, anno domini MCCLXXIII., VIII. idus Maii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: Swikero Longo de Gundelvingen et Berhtoldo fratre suo,<sup>b</sup> de Hohenstiege socero dicti Egelolfi de Stiuzelingen militibus, Berhtoldo de Berge, Alberto dicto Ruhe, Cûnrado Incisore, Hainrico de Haigingen, Berhtoldo de Ephingen, Cûnrado dicto Biurær, Walthero dicto Erlwin, de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario dicto de Ezzelingen, Berhtoldo magistro conversorum dicto de Ulma, Eherhardo de Stekeboron aliisque quam pluribus probis viris.<br> <br> In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam exinde conscriptam et sigilli mei munimine roboratam sepredicto monasterio de Salem tradidi pro testimonio et cautela.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Siegel des Ausstellers, am Rande beschädigt, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1701 (WUB, Bd. VI, S. 101). Auf der Rückseite von ziemlich gleichzeitiger Hand: *CLXV sp. Littera Egelolfi de Stiuzelingen super duabus curiis nobis ab ipso datis et sitis in Stiuzelīn,*

<sup>b</sup>Hier ist eine Lücke für den Vornamen, die nicht ausgefüllt wurde. 1259 Jan. 24 und 1268 Febr. 2 kommt *Rudolfus de Hohenstiege* vor, vgl. Urkunde Nr. 1525 (WUB, Bd. V, S. 291 f.) und Urkunde Nr. 1981 (WUB, Bd. VI, S. 373–375).

### III

*videlicet curia dicta Brunenhof et curia dicta Rùlershof.*<br> <br> Der Text im Codex Salemitanus scheint nach einem Duplikat der Urkunde gefertigt zu sein, indem hier manche Abweichungen vorliegen, so namentlich: *Eglolfus*, *Stiuzelingin*, *Tiuffenhulwe*, *Bùlershof*, *Wirtinberc in feodum*, *occasione mei quocumque* fehlt, nach *refundere in solidum* folgt *tenebor*, *Swiggero*, *Buhe* statt *Ruhe* (*Albertus Ruhe* kommt auch in einer Urkunde Egelolfs von Steußlingen von 1295 Juli 12 als Zeuge vor (vgl. Codex Salemitanus, Bd. 2, S. 492, Nr. 917), *Bùrrer*, nach *Salem* folgt *fratre*, nach *Stekeboron* noch einmal *monachis in Salem*, *sigillo meo* statt *sigilli mei munimine*, *pro cautela* statt *pro testimonio et cautela*.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

Stadtarchiv Ehingen

### Editionen:

Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte 1 (1878) - 13 (1890/91); N.F. 1 (1892) - 42 (1936) (1879), S. 257 (nach dem Original).  
Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 90, Nr. 493 (nach Codex Salemitanus, Bd. 3, S. 203).

## Weitere Angaben

### Überlieferungsart:

Ausfertigung

### Beschreibstoff:

Pergament

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ehingen

### Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)<br> (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W<br> Altsteußlingen Wohnplatz (16761)<br> Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL<br> Berg Wohnplatz (16762)<br> Berg, Ehingen (Donau), UL<br> Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)<br> Ehingen (Donau), UL<br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)<br> Esslingen am Neckar, ES<br> Gundelfingen Wohnplatz (15913)<br> Gundelfingen, Münsingen, RT<br> Hayingen Wohnplatz (15868)<br> Hayingen, RT<br> Hohenstiege<br> Neusteußlingen Wohnplatz (16940)<br> Neusteußlingen, Schelklingen, UL<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br> Schwäbische Alb<br> Steckborn, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Tiefenhülen Wohnplatz (16795)<br> Tiefenhülen, Ehingen (Donau), UL<br> Ulm UL<br> Ulm Gemeinde (16620)<br> Öpfingen Wohnplatz (16919)<br> Öpfingen, UL